

D E V S V R I S.

ANTONIO MASSA
GALLESIO AVCTORE.



Romæ apud Valerium Doricum
M D LVI.

R E R V M C A P I T A .

- 1 **V** Suræ diffinitio communis, & eius declaratio. pagina 2
- 2 **V**suræ uocabulum. pag. 2. & num. 15. pag. 10
- 3 Sortis significatio. pag. 2
- 4 Pecuniae declaratio in usuraria tractatione. pag. 2
- 5 Id quod accedit sorti, quotuplex sit. pag. 2
- 6 Id quod interest, quotuplex sit. pag. 2
- 7 Pœna conuentionalis. pag. 3
- 8 Interusurium & usura speciali nomine. pag. 3
- 9 Premium quantiplurimi. pag. 3
- 10 Mutui uocabulum in hoc tractatu quomodo accipiendum. pag. 3
- 11 Turpis lucri multæ species. pag. 4
- 12 Dolo uel fraude facti aut aliter iniusti contractus. pag. 5
- 13 Captatores & hæredipetæ. pag. 5
- 14 Mutuum in fraudem legum usuras prohibentium, sub quibus contractibus, et quot modis lateat, ubi etiam de emptione annui redditus doctrina. pag. 6
- 15 Fœnoris uocabuli declaratio, et ipsius peccati diffinitio. pag. 10
- 16 Apud omnes gentes fuisse fœneratores odio habitos, & fœneraticum quæstum, uel prohibitum, uel intra certum modum cohibitum. pag. 12
- 17 Causæ propter quas ita improbatum est fœnus: et fœneratores grauioribus multati pœnis, quam alijs, qui per alias iniquos contractus etiam turpia captant lucra. pag. 14
- 18 Fœneratorum pœnæ, secundum ius quo utimur. pag. 15
- 19 Declaratur sententia Aristotelis, ubi uidetur mercatus ram & fœnus damnare, eo quod non sint secundum naturam. 15
- 20 Ratio quamobrem iniusti sint fœneratitij contractus. pag. 18

ANTONII MASSAE
GALLESI

EX LIBRIS CIVILIVM
OBSERVATIONVM.

Cap. de Vsuris.



IXIMVS antea mercaturæ ,
quæ in Republica necessaria sit, duas
esse partes . Vnam, quæ merces tra-
stat, alteram, quæ consistit in permu-
tatione pecuniarum. Ac prioris mu-
nera commodaq; esse , ut quæ super-
flua sunt, exportentur: ijsq; permutatis rursum inuehantur
ea, quibus nos caremus . Quamobrem excogitatas esse ue-
cturas terrestres , & totam rem nauticam , nundinas &
fora, propolarumq; ordines in ciuitatibus institutos . Vitia
uerò & incomoda quoque , ut sunt monopolia , & alij
mercatorum turpes conuentus , explicauimus . Posterioris
quoque pecuniarie permutationis commoda quam fieri po-
tuit breuissime perstrinximus .

Restat nunc ut de maximo huius partis uitio, atq; incom-
modo loquamur : id autem est fœnus , quam uulgo Vsu-
ram appellant.